



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Vitæ Pontificum Romanorum**

Ex Antiquis Monumentis Collectae

**Sandini, Antonio**

**Bambergae, 1753**

LXXXIV. Joannes V. Anno Christi 685. Justiniani II. Imperator. 1.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65446](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65446)

LXXXIV.

## JOANNES V.

ANNO CHRISTI 685.

JUSTINIANI II. IMPERATOR.

I.

JOANNES V. natione Syrus, Pa- Bar. an.  
 triâ Antiochenus, Cyriaci filius, 685. S.  
 & Agathonis ad Synodum Oecume- 10. Pag.  
 nicam sextam Legatus. Unde col- S. 7.  
 ligas, nec pietatem, nec prudentiam,  
 nec eruditionem ei defuisse. *Hic post*  
*multorum Pontificum tempora, vel an-*  
*norum juxta priscam consuetudinem &*  
*generalitate in Ecclesia Salvatoris, quæ*  
*appellatur Constantiniana, electus est, &*  
 X. Kal. Augusti anno 685. Pontifex  
 consecratus à tribus Episcopis Ostiensi,  
 Portuensi, Veliterniensi, sicut prædecessor  
 ejus Leo Papa. (1) Ex his apparet,  
 Albanensem Ecclesiam Episcopo ad-  
 huc caruisse. Nullam rem gessit ma- Bar. an.  
 gnâ memoratu Pontificatûs tem- 686. S. 1.  
 pore, quod intra annum unum & dies Pag. S. 2  
 novem exactum est. Diutino enim mor-  
 bo laboravit, & Kal. Augusti anno  
 686. diem obiit supremum.

Z

AN-

## ANNOTATIONES.

(1) Anastasius, in vita hujus Pontificis pag. 145.

Binius apud Labbeum tom. 6. Conc. pag. 1286. *Joannes V. primus inexpectatè Constantinopolitani Imperatoris auctoritate, in Romanum Pontificem consecratus est.*

LXXXV.

## CONON.

ANNO CHRISTI 686.

JUSTINIANI II. IMPERATOR.

2.

Bar. an. 686. §. 2. **N**ovi Pontificis electionem contentio distulit. Clerus enim Petro Archi-Presbytero suffragabatur: Judices verò, & Principes exercitus Theodoro Presbytero. Cum diu certatum necquicquam esset, pacis studio Clericorum oculi coniecti in Cononem, virum moribus, eruditione, & ætate jam exactâ verendum. Ad hunc, concordibus totius Cleri suffragiis Pontificem creatum, etiam adversariæ factionis duces paucis post diebus haud gravatè acclinarunt,